

YC  
1491





*De origine et antiquitate oppidi  
Cambury*

Yc  
1491

ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ I SPICILEGIVM.

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO

FRIDERICO III,

DVCE SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE, COMITE  
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE, PRINCIPIS  
DIGNITATE COMITE HENNEBERGAE, COMITE MARCAE  
ET RAVENSBERGAE, DYNASTA RAVENSTEINI,  
TONNAE ET REL.

OPTIMO PATRIAE PRINCIPE AC DOMINO  
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

DIEM NATALEM AVSPICATISSIMVM

VII KAL. MAII, A. R. S. MDCCCLX

VOTIS CVNCTORVM ARDENTISSIMIS SOSPITE ATQVE INCOLVM  
CELEBRANTE

EXCELLENTISSIMVM PROVINCIAE EISENBERGENSIS  
PRAESIDEM,

PERILLVSTREM AVLAE PRAEFECTVM  
SPECTATISSIMOS SCHOLAE PATRONOS

ET IN HIS

MAXIME REVERENDVM EIVS EPHORVM

AC QVOTQVOT

DIGNITATVM SPLENDORE, MVNERVM AMPLITVDINE,  
MERITORVM ORNATV, DOCTRINAE PRAESTANTIA  
CONSPICVOS CONDECORATOSQVE VIROS  
MOENIA EISENBERGENSIA TENENT,

AD ORATIONES

GRATIOSE, BENEVOLE ET BENIGNE AVDIENDAS  
QVAM HV MILLIME, OBSEQVIOSISSIME AC HV MANISSIME

INVITAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEAT CHRISTIANVS HENRICVS WALTHERVS.





Principes de memoriae immortalitate cogitantes summis laudibus ad coelum offerendos esse, ecquis sapientum in dubitationem vocabit? Cui sententiae adeo ad vnum omnes subscribent, quos non fugit, animam corporis compagibus aliquando quam certissime dissoluendis inclusam a se ipsa moveri, in rebus creatis omnibus vnam esse rationis participem nec vlli vnquam corruptioni fore obnoxiam. Praetereat id ipsum summos terrarum Dominos? Nonne propterea in diuinis versantur negotiis, quo Ipsorum memoria vireat sempiterna? Equidem ingentes obeliscorum moles id efficere accepti, vt terrae quondam feracissimae omnium Principes non omnes vili sint mortui. Decretae pariter ab Atheniensium pietate Demetrio Phalereo statuae eodem, quo Romae Brutorum et Camillorum, munere praeclare sanctae sunt: verum enim vero atrocem temporis iniuriam aut moles istae a se propulsare quiverunt, vt ne exesae ritas egerint iisque factis maximam partem corruerint; aut haec, quas locis celeberrimis mentes non ingratae constituendas curauerant, ne virtute oratorum deque patria egregie promeritorum memoria intereat, violentiae impetum frangere ac omnino impedire potuerunt, quo minus deiciantur, deiectae deterantur, detritae in nihilum recidant? A moneta, scite a monendo dicta, rem eo perduci posse, vt Principum, qui illam cudendam fecerunt, memoria quodam, sed perexiguo tempore, non ex animis discedat, haud plane ambigitur: at, quae eidem struantur insidiae, licet Principes aeternae recordationis, fidei ac religionis causa commendatissimi ipsam signandam duxerint! Aurum cum argento diu perennat? Nonne propemodum eadem cum moriendi sensu in sene natura est, qui, si quis quidem est, perbreui durat tempore? Non antiquissimam Babyloniae, Assyriae, Persiae aliorumque regnorum aetatem repeto memoria, sed a maiorum nostrorum aetate proximam. In quot, quales, aetatis optimorum Principum imagines numis impressae offenduntur, quae animos ad Ipsorum rerum praeclare gestarum reminiscendum reuocare possunt? Proinde, statuas, obeliscos, addo arces, aras et templa aliquando demoliri manus, quae ea exstruxerint, aurum argentumque absumi, ampla Romanorum theatra cum pretiosis aquarum ductibus obscurasse obliuionem, neglexisse posteritatem; famam contra ea inprimis virtutibus et meritis prorogari haecque ratione de memoriae immortalitate optimos terrarum Principes optime cogitare ac ne quicumque tenacius hominum favore atque amore formas Eorum tenere tentasque exprimere, certius habetur certissimo.

SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM FRIDERICUM III, DUCEM SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE; COMITEM PROVINCIAE THYRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITEM HENNEBERGAE, COMITEM MARCAE ET RAVENSBERGAE, DOMINUM RAVENSTEINIL, TONNAE ET REL. PRINCIPEM ATQVE DOMINUM NOSTRUM LONGE CLEMENTISSIMUM, scientia, qua pollet, incredibili comprehendere, pictoria statuaria, architectonica, monetali arte summorum Principum memoriam ad quoddam temporis spatium retineri posse, fidem vnicuique facturi sumus: quae tamen tam fideles rerum gestarum custodes, quam ciuium creditur amor, qui non in Tiberios, Caligulas, Nerones demonstratur, vnquam latae sunt? SERENISSIMI DVCIS sapientia, quum Potentissimorum Regum fauorem sibi comparauit, EIVSDEMQUE PATRIAE PATRIS NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI, *Henricorum, Fridericorum, Ernestorum*, gloriosissimorum quippe Maiorum vitae consuetudinem rerumque gestarum gloriam non imitatus tantum, sed adeo superantis diuina prouidentia, qua tot prouincias, qua templa DEI altissimi, qua Musarum aedes ab armorum impetu tuitus est, vt ad easdem patuerit aditus, quum ciuium anorem sibi conciliauit: votorum deuotissimorum elapso anno factorum redeuntibus sereno admedum coelo Natalitius hoc ipso soluendorum moras nectamus? Eum itaque, qui viuus, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam moderatur et regit, quae dedit, corpora, quam vniuersum terrarum orbem, tripudians animo extollo, quod precibus praeterito anno de SERENISSIMI DVCIS, PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI incolumitate suis benignissime annuit; pariter atque veneror et ardentissime precor, pro natura et indole, qua res hominum fortunare solet, efficere, vt CLEMENTISSIMO PATRIAE PATRI hoc quoque anno cuncta bene et feliciter eueniant, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis quicumque occurrat, quod non ratum esse velit! Ait et pro religionis pietate, qua vnquam

vnacum Musis defungor, ad **SVPREMVM** preces ex intimo cordis pectore hausitas mitto, vt **SERENISSIMAM** CONIVGEM, **PRINCIPEM** HEREDEM **SERENISSIMVM** **TOTAMQVE** **DOMVM** **SAXONICAM** **GOTHANAM** **SERENISSIMAM** prosperet, fortunet, seruet ac ad perpetuum fiderum cursum **SERENISSIMAE** **DOMVS** felicitatis sit perennitas!

Discentes huius loci humillimae deuotionis haud obliui, precibus et obsecrationibus in- tentissimis vsuri **DEVM** mouebunt, vt **SERENISSIMO** **DVCI** **AC** **DOMINO** **NOSTRO** **MVLTO** **CLEMENTISSIMO** quaenis optata adferat! Publice idem facturi sunt

Adolescentes Ornatisimi,

**CHRISTIANVS** **AVGVSTVS** **WOLFF**, Neidschuitio - Eisenb. qui iam elapso anno quoque pulcherrime stetit, litterarum studii diligenter inseruit modeltiaeque et humanitate se quam maxime commendat;

**FRIDERICVS** **CHRISTIANVS** **THEOPHILVS** **POCARVS**, Bernsdorffio - Monachorum, insigni indolis praestantia exornatus, nulli discentium doctrina cedendo, Venerandi Parentis, Pastoris eiusdem loci Primarii Vigilantissimi, Fautoris mei admodum Colendi, votis omnino satisfactorius; et

**GEORGIUS** **FRIDERICVS** **BEIERVS**, Rodanus, quem in dies flagrantior ad litterarum studia ardor accendit, vt compluribus pietatis ac assiduitatis studio antecellat; dispersito inter se labore alter de *religioso Supremo Numini cultu praestando*, Orationem latinis verbis usque elegantioribus conceptam voto deuotissimo praemisurus est; primo loco nominatus de *pia Principis fauore in fideles subiectos*, sermone vernaculo et eodem, sed numeris adstricto, tertius de *Subditorum officiis in Supremum terrae Dominum* dicturus.

Promissis standum: ideo, quae deficiunt, quod B. L. me vellet atque admonuit, supplenda. Ad pacationem inter **FRATRES** **SERENISSIMOS** **D. ERNESTI** pietatis gloria florentissimi filios **A. clo DC LXXX** venerat, qua in **FRIDERICI** **I.**, fratrum natu maximi potestatis vterque, Gothanus et Altenburgicus, Ducatus erat, **ALBERTVS** Coburgum, **BERNHAR- DVVS** Meinungam, **HEINRICVS** Roemhildam, **CHRISTIANVS** Eisenbergam, **ERNESTVS** Hilpershulam, **IOHANNES** **ERNESTVS** Salfeldam, vt vterentur, quae ex iis redirent provin- ciis, tum temporis possidebant: id quod ex litterarum monumentis passim venum cunctibus satis patet et in promptu est. In ditione **CHRISTIANI** **SERENISSIMI**, *gl. mem.* cui sedem et domicilium Eisenberga praebuerat, Ronneburgum quoque et Rodam et Camburgum, vnumquodque cum agro oppidum fuisse, vel ex *Chron. Eisenb. p. 82. sf.* vt et *Annal. p. 422.* satis patet.

*Camburgum* dignum mihi visum est, cuius inprimis mentionem iniiciam: quod Eisen- bergensi Ephoriae et oppidum et ager adhuc adhaeret, ipsum vero oppidum non ignobile quondam fuisse legitur. Tam firmis licet moenibus non cinctum feratur ac communium, vt castellis amplis munitionibus grauibisque tormentis nostra aetate confirmatis non cesserit: nihil tamen fecius propugnaculum illis gentibus obiectum fuit atque oppositum, quae Thu- ringiam cum Misnia diripiendam vastandamque moliebantur. Implacabile odium *Alberus Superbus* in *Dietericum* fratrem susceperat, cuius hoc fuisse initium verisimile admodum vi- detur. *Ottoni diuiti* parens, *Conradus locuples*, viuis imperium tradiderat, cuius filio spes sibi quoque deferendi fuerat. Remuentem premit bello, pressum captiuum ducit. Quo facto ad iracundiam adductus pater constituit atque decernit, vt *Dietericus* cum summo imperio et potestate in Misnia versetur. *Ortone* animam efflante in gratiam cum fratre redeundi animum introducit *Alberus*, vt imperii communionem inter ipsos esse *Dietericus* patitur. Contra ius tamen et fas turpis ab isto alta simulata in domesticum et calamitosum erumpit bellum. Fraternalis discordiis immixtus *Alberus*, Imperator, irruptione in Thuringiae Misniaeque fines facta, quamplurimis, quorum muros diruit, locis potitur munitis Hunnorum imitatus consuetudinem. Firmis autem praefidiis Lipsiae, Misnae, *Camburgi* collocatis tanta virtutis inest praestantia, vt occupari nequirent, nedum moenia prorui.

Equidem inter priscos non conuenit, vtrum *Kamberch*, *Kamburg*, an *Kamberg*, *Kam- burc* seu *Gambere* scribendum sit; *conf. Dipl. IX, p. 648* et *Dipl. XI, p. 652*: *Kamberg* tamen seu *Kamburg* quodvis in litterarum monumentis scriptum occurrit, ipsius loci situs nec repugnat, nec

Ye 1991

nec oppidum castrum instructum. Quapropter et alteram compositionis partem nulla difficultate laborare, est in consensu simulatque idem Germanos habere conditores. Teste Tacito, quod Germani discreti ac separati habitaverint, ut fons, ut nemus, ut campus placuerit, etiam ad fontes, ad campos, ad nemora sibi sedes elegerunt, cuiusmodi loca valde accommodata fuerunt aedificiis hominumque habitationibus propter earum rerum usum atque necessitatem. Habemus vero et civitates et oppida cum vicis, quorum appellationes, vernacula scilicet nostra, non a fonte solum et campo et nemore petita, sed quae a lacubus etiam, fluviis, vadis, ostiis, arcibus, montibus locisque campetribus aliisque notationes sortiuntur. Sic itaque *Kamburg* seu *Kamberg* aut a *Clautro*, cui Germanorum *Burg* respondet, aut a montibus, quorum non vno circumdatum, nomen acquisiuit: altera autem compositionis pars vnde depremta, non est dictu proclive. Si *Chamum*, eumque impudentem *Noachi* filium, *Kamburgi* conditorem diceret et alterum compositionis momentum inde deriuaret: ridiculus foret et plane explodendus: nam adeo a nato Christo, humanae salutis instauratore optimo, seculo altero itemque tertio nullas Germanis vrbes habitatas esse, si quidem Tacito fides habenda, nec sedes habere iunctas eosdem passos legimus. Quid vero? Veterem Germaniam longe etiam tempore post *Corn. Tacitum* vrbes non habuisse, sed quamque gentem, nationem aut civitatem vicis, villas, tuguria siluasque incoluisse, quas sedes temere et scorsim ligno culmoque confitas spatio circumdedissent ad insularum formam, domorum nempe nullis aedificiis cohaerentium, aut imperitia adificandi, aut aduersus ignis casum remedium, ne vicina flamma absumerentur, rerum patriae non expertes minime inficias sunt ituri. Si quidem, B. L. lectu non graue sit: citare liceat de Germanorum domiciliis etiam alios scriptores. In *Libro de gubernatione mundi Seneca*: Nulla, inquit, Germanis fuerunt domicilia nullaeque sedes, nisi quas lassitudo in diem posuerat; qualia domicilia etiam, teste *Herodoto*, Scythis fuisse perhibentur, vtpote quibus nullae vrbes, nulla moenia extructa. Raro apud Germanos lapide lapidibusque coactis aut lateribus fuerunt aedificia, densis contra ea siluis, quarum confixis coagmentatisque lignis quasi tabernacula aedificauerunt. *Iulius* praeterea *Capitolinus in vita duorum Maximianorum* viciorum Germaniae ab Imperatore exulstorum meminit, nullam vrbiu faciens mentionem: quod nullae tum temporis existerunt. Et si quidem fuerint: iis laus maxima fuisse scribitur, quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere, hoc proprium virtutis existimasse, expulsi agris finitimos cedere, neque quemquam prope se audere consistere, simul hoc se fore tutiores arbitrat, repentinae incurstionis timore sublato, quum bellum ciuitas aut illatum defenderit aut intulerit. *Vid. Iul. Caesar. Lib. VI, C. 23, de Bell. Gall.* Qui itaque, quum scriptores inter se conspirent, nullas Germanos ante nostri Saluatoris natiuitatem habuisse ciuitates, ad credendum induci posses, *Chamum* fuisse *Kamburgi* conditorem? Attamen et difficile est probatu, Comitum quandam ex *Wittekindi* posteris, maxime vero *Wettinensium* aut *Brenensium* Comitum, *Canum* seu *Kanum* appellatum fuisse, qui hoc oppidum extruendum voluerit. Sin autem dixerimus, casu huius appellationis debere originem? Non omnino a vero abhorret, montibus conditores impeditos, quo minus oppidum in vrbis amplitudinem excrecere potuerit. *Es kamen Berge, inde Kamberg.* In reconditis tamen, quod non diffidendum, et abstrusis, vrbiu, ciuitatumque et oppidorum plurimorum *Ετυμολ* ducitur.

Etiamsi Treuiri non annis aequet: nihilo tamen fecius in recentissimis non ponendum est: Castrum enim superius iam A. C. cō CC XIX extructum scribitur, quo quoque tempore pluribus aedificiis auctum, quibus suburbia accessere. *Vid. Dipl. p. 654. Deluper p. 580. Geroni, Dieterici* Marchionis Landesbergensis filio, sedem ac domicilium praebuit *Kamburgum* A. cō LXXIX sine hereditibus vita functo, sustinuerat idem viuis Comitibus et *Brenensis* et *Camburgensis* titulum, a Comitum *Wettinensium* gente oriundus, quae a *Wittekindo* I originem duxit. De quibus perantiquis Comitibus *conf. Neue Europäische Staats- und Reise-Geographie* et quidem de *Brenensi Tom. VI, p. 388*, et de *Wettinensi Tom. VII, p. 905*, cum quo opere nullum hoc in genere praestantia aequiparandum. Addas, quae, rerum gestarum scriptores vno ore consentientes, imperante *Heinrico I, Aucupe*, qui A. C. DCCCC XXXVI viuere desit, plurimas arces ciuitatesque et oppida in Thuringia exaedificata fuisse. Proinde a rei veritate aberremus, rati, nongentorum annorum spatium huius oppidi incunabula facile superare?

CSWAP 020 CSWAP

11



e  
d  
e  
s  
a  
i-  
u  
n  
ft  
-  
:  
o  
re  
ft  
s,  
-  
ia  
n  
re  
di  
m  
us  
ut  
fi  
-  
bd  
m  
x-  
re  
m  
m  
i-  
lc  
ut  
m  
a  
m  
i-  
m  
n-  
o,  
m  
et  
ri-  
-  
m  
m  
/I  
de

Ponyc 1491, FK

1010

f

ULB Halle 3  
004 814 150







*De origine et antiquitate oppidi  
Camburg*

ΑΝΕΚΔΟΤΟΝ Ι ΣΠΙCΙΛΕΓΙVΜ.

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO III,

MAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
DQVE ET WESTPHALIAE, COMITE  
SINGIAE, MARCHIONE MISNIAE, PRINCIPIS  
COMITE HENNEBERGAE, COMITE MARCAE  
SBERGAE, DYNASTA RAVENSTEINII,  
TONNAE ET REL.

TRIAE PRINCIPE AC DOMINO  
RO LONGE CLEMENTISSIMO

ALEM AVSPICATISSIMVM

KAL. MAII, A. R. S. clo D CCLX  
M ARDENTISSIMIS SOSPITE ATQVE INCOLVMI  
CELEBRANTE

IMVM PROVINCIAE EISENBERGENSIS  
PRAESIDEM,

LVSTREM AVLAE PRAEFECTVM  
TISSIMOS SCHOLAE PATRONOS

ET IN HIS  
EVERENDVM EIVS EPHORVM

AC QVOTQVOT  
PLENDORE, MVNERVM AMPLITVDINE,  
ORNATV, DOCTRINAE PRAESTANTIA  
CVOS CONDECORATOSQVE VIROS  
EISENBERGENSIA TENENT,

AD ORATIONES  
E, BENEVOLE ET BERBENIGNE AVDIENDAS  
TIME, OBSEQVIOSSIME AC HVMANISSIME

INVITAT  
AVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALTHERVS.

